



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Basilea Sacra Sive Episcopatus Et Episcoporum Basileensium Origo Ac Series

Sudan, Claudius

Brvntrvti, 1658

17. Adalbero I.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11463**

mius etiam luculentam huius Synodi mentionem facit in Hirsaugiensi Chronico, ubi pag. 29. recenset Archiepiscopos, Episcopos, Abbates aliósque complures, qui interfuerunt.

*Anno Christi***ADALBERO I.**

905.

*Basileensis Episcopus.**XVII.*

**A**Dalberonis huius meminerunt Annales Eremi, sive Einsidlenfes, hac occasione. Post necem S. Meinradi, inculta, & inquilino vacua mansit Eremus quadraginta annorum spatio, donec Benno (Benedictum alij nominant) Burgundiæ regum prosapia illustris, Argentinensis Ecclesiæ, tunc temporis, Canonicus, ad solitariam sanctitatem aspirans, contemptis dignitatibus, & negotiosam vitã pertæsus, unà cum

H s

paucis

Anno  
Christi  
905.

paucis focis, eam Eremi abstrusam solitudinem recolendam, & à renascentibus latè dumetis purgandam suscepit, Imperatore Ludovico I V. Benedicto IV. summo Pontifice, sub annum Christi 905. Hic ergo, & collapsam ferè S. Meinradi cellam restauravit, & ampliorem focis habitationem aptavit, opportuna usus liberalitate comitum Rappersvillanorum, in quorum ditione sita erat Eremus. Anno 915. Vfnovium (insula est lacùs Tigurini infra Rappersvillam) feudi nomine à Seckingensi Abbatissa ad suam suorumque commodiorem sustentationem accepit: quo ipso anno Adalbero Basileensis Episcopus incensus cupiditate invisendi Bennonis cognati sui, in Eremum se contulit. Exceptus ea humanitate, quam admitteret loci austeritas, cœleste in terris vivendi genus adeo probavit Adalbero, ut  
Benno-

Bennonis domicilio vicum Sirns in-  
fra Basileam situm à maioribus suis *Anno*  
hæreditario jure acceptum omnino *Christi*  
conscriberet. Atque hæc prima *905.*  
fuere prædia, quibus dotata est S.  
Meinradi cella, quæ ut cætera alia,  
à parvis initiis in opulentam & no-  
bilissimam Abbatiam excrevit. Ben-  
no deinde ex hac obscuritate postu-  
latus, ut Metensibus præluceret Epi-  
scopus, cum vitia subditorum libe-  
rius infectaretur, per summum sce-  
lus, ab iisdem, oculorum & lucis u-  
sura privatus est. Plura Guilliman-  
nus de illo, in 29. Episcopo Argent.

LANDOLVS,

*917.**S I V E*

LANDEOLVS.

*Basileensis Episcopus.**XVIII.*

**A**Dalberoni Landolum alij, Ru-  
dolphum alij substitutum vo-  
lunt.